Cum parit dammula subito
comedit secundinam antequam
super terram cadat. et opi-
natur idem experimentator
de ista secundina quod venenum
sit. Timidum nimis animal est
et imbecille. Unde maxime animalibus de-
terretur aper. Defenduntur
cornua eorum. Imbelles damme
quod non preda sumus. hec bestie
homines pauperes et innocentes
signant quibus ubique patent prede
et dentibus principum. uel illos
signant qui cito segnes
et ignaui nolunt resistere
dyabolo temptatori. et ideo
morsibus uiciorum demones
in eos debachantur. Aliis in
capite scilicet est in corde solo con-
sensu peccati. aliis in oculis. aliis
in lingua aliis in manibus
malorum operum diuersis vul-
nerantur miseri.

Duran animal
est ut dicit
Ar. Crudele velox et fortis-
simum. Cum insequitur a ve-
natoribus desperatione fractus
est statim natura stercus valide
intorquet contra canes
insequentes. et sic eos re-
tardat putride egestionis
odore. Hoc animal quidam dicunt esse
inventum sed nullus philoso-
phorum in h concordat.

Deprenus ut
dicit liber
rerum animal est ad magni-
tudinem vulpis. Crura bre-
uia habet non in sinistro dextroque
equalia sed sinistra breuiora.
Unde fit ut in uallibus rotatis
quas arte decursis faciunt po-
sitis pedibus dextri lateris
ualentius currat. Pellem uillo-
sam habet albis et nigris pilis
intermixtam. Sagina eius confici-
untur vnguenta ad lesiones
et dolores membrorum sedandos
et hoc mirum in bestia. Licet
ex una parte medicinalis sit
morsus tamen eius est plerumque
exitialis. et hoc ideo. Viuit serpentibus
et animalibus que reperit
in terra et uenenis saluitur. et ideo
morsus eius exitialis quia nutritur
cibo uenenoso lupor. Et
vulpium dentes uenenatos
hominum experientia comprobauit.
Unde morsus ~~hominum~~ lupo...

Sagina eius crescente
luna augetur et de-
crescente minuitur
adeo ut si in ultimo
defectu lune occi-
datur non inueniatur sagina

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1073/0046
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG